

## **PROLOGUS**

Gratias trino et uni Deo indigni referimus, cuius adiuvante gratia usque ad primam dominicam augusti, prout melius potuimus, evangeliorum dominicalium cursum peregrimus. Unde nota quod, a kalendis augusti usque ad kalendas septembris leguntur in Ecclesia quinque libri Salomonis, scilicet Parabolae, Ecclesiastes, Cantica canticorum, liber Sapientiae et Ecclesiasticus. In mense augusti sunt quattuor dominicae, cum quarum evangeliiis quaedam, quae utiliora ad aedificationem et ad materiam aptiora esse videbimus, ex istis quinque libris, Deo dante, concordabimus.